


EPISTULA LEONINA

CXCI

HEBDOMADALE
PERIODICUM LATINĒ SCRIPTUM,
QUOD ĒDITUR
E DOMO EDITORIĀ INTERRETIALI
CUI NOMEN EST
LEO LATINUS



<http://www.leolatinus.de/>

N.B.! EPISTULAS LEONINAS ACCIPIS G R A T I S ET S I N E ULLĀ OBLIGATIONE. NAM LEO LATINUS PUTAT HOMINIBUS LATINAM LINGUAM DISCENTIBUS AUT DOCENTIBUS CORDI ESSE VERBA LATINA. SI TAMEN TALES EPISTULAS ACCIPERE NON VIS, RESCRIBE HOC NOBIS: TUM STATIM NOMEN TUUM EX INDICE ACCEPTORUM TOLLEMUS.

HŌC TEMPORE DUO FERĒ MILIA HOMINUM LATINĒ DOCTORUM ACCIPIUNT EPISTULAS LEONINAS ELECTRONICĒ MISSAS. EPISTULAS LEONINAS **I-CXC** INVENIES IN INTERRETI SUB HAC INSCRIPTIONE, QUAE SEQUITUR:

<http://ephemeris.alcuinus.net/leonina/>

MAXIMĒ ID CURAMUS, UT COPIAM VERBORUM LATINORUM CONVENIENTER AUGEAMUS ET TEXTŪS MODERNOS CUIUSVIS ARGUMENTI QUAM OPTIMĒ IN LATINUM SERMONEM CONVERTAMUS.

ROGATUR, UT MANUSCRIPTA MITTANTUR VIĀ ELECTRONICĀ. MENDA SIVE GRAMMATICA SIVE METRICA, QUOAD FIERI POTEST, TACITĒ TOLLUNTUR.

EN HABES EPISTULAM LEONINAM
CENTESIMAM NONAGESIMAM PRIMAM (191) !

ARGUMENTA

FABELLA GRIMMIANA: <i>Das singende springende Löweneckerchen</i>	03-11
DUO ETYMA NOMINIS <i>Löweneckerchen</i>	12
VOCABULA COMMUNICATIONIS eqs. (VII)	13-23

LEO LATINUS OMNIBUS HOMINIBUS LATINITATIS AMANTIBUS SAL.PL.DIC.

Cara Lectrix, Care Lector,

tandem tibi offero Epistulam Leoninam centesimam nonagesimam primam (191). De hac Epistulâ tibi missâ maximê gaudeo, et bene spero tibi quoque eandem gaudio fore!


Fabellam Grimmianam (p.10-18) et Vocabula Communicationis tibi commendo lectu digna.

Denuo cena tibi apposita est opipara: tolle lege frueri!

Medullitus Te salutat

Nicolaus Groß

Sodalis Academiae Latinitati Fovendae



<http://www.leolatinus.com/>

LEO LATINUS

**Senden ex oppidulo Bavariae Suebicae,
Die Dominicâ, 24. m.Febr., a.2019**

FABELLA GRIMMIANA

88. De alaudâ canorâ et saltabundâ



Aliquando fuit vir quidam iter magnum facturus valedicens e tribus filiabus suis quaesivit, quidnam vellent sibi pater reverâ allaturus esset. Tum filia natu maxima voluit margaritas, altera adamantes, tertia autem: »Care pater« inquit, »equidem exopto, ut mihi afferas alaudam canoram et saltabundam«. Deinde pater: »Si talem bestiolam accepero, tibi afferam« dixit omnesque filias tres osculatus profectus est. Cum autem tempus esset domum redeundi, vir margaritas atque adamantes iam emerat filiabus natu maioribus donandos, sed alaudam canoram et saltabundam ubique quaesiverat frustra, ideoque doluit, nam filia tertia ei fuit dilectissima.

Tum per silvam iter faciens conspexit in mediâ eâ situm castellum magnificum, et prope castellum arborem, in quâ summâ vir vidit alaudam cantantem et saltantem. Tum vir animo laeto: »Eia« inquit, »tu quidem venis tempore aptissimo« et famulum iussit adire et

bestiolam capere. Ubi primum vir accessit ad arborem, infra eam leo prosiluit, iubam quatiens tam vehementer rugivit, ut frondes arborum tremarent. »Qui mihi« monstrum rugivit »alaudam canoram et saltabundam furari voluerit, istum devorabo!« Tum vir: »Nescivi« inquit, »hanc avem a te possideri; delictum mei compensabo auro ponderoso, si quidem me siveris vivere!« Deinde leo: »Nullâ re« inquit, »servaberis, nisi pollicitus eris, ut mihi tradas id in quod domi incisurus es primum; si hoc promiseris, vitam tibi donabo necnon avem ipsam filiae dandam«. At vir recusans: »Nescio« inquit, »an primam incisurus sis filiam natu minimam quae me cum maximê diligit, solet mihi occurrere domum eunti«. Famulus autem timore correptus: »Nequaquam« inquit, »necesse est te incisurum esse in ipsam filiam tuam, potius fiet, ut tibi primi occurrat cattus aut canis«. Tum viro persuasum est, ut sumeret alaudam canoram et saltabundam et promitteret id in quod leo primum incideret, ei proprium fore.

Cum domum adveniret et intraret, omnium rerum in quas incidit prima fuit filia natu minima ei dilectissima. Quae accucurrit, patrem osculata et amplexa est, et cum videret eum secum attulisse alaudam canoram et saltabundam, vehementissimê gavisâ est. At pater gaudere non potuit, sed lacrimis eruptis: »Vae filia carissima« inquit, »aviculam emi pretio magno, nam non potui, quin pro eâ te pollicerer leoni fero; is si te acceperit, te dilaniatam devorabit«, et narravit, quomodo omnia facta essent, et filiam rogavit, ne illuc iret, quaecumque fierent. Ea autem patrem consolata : »Pater carissime« inquit, »id quod pollicitus es, oportet fiat: Illuc ibo leonemque ita placabo, ut salva ad te redeam«.

Postridie mâne postquam a patre accepit, quâ viâ sibi eundum esset, ei valedixit et fortiter silvam iniit. Leo autem fuit filius rēgis ratione magicâ in hanc bestiam mutatus et die fuit leo, et unâ cum eo omnes ei subditi fiebant leones, sed nocte erant humanis staturis naturalibus. Puella adveniēns affabiliter recepta in castellum est ducta. Cum obtenebrescebat, leo fiebat iuvenis formosus, et nuptiae celebratae sunt magnificentissimê. Tum hilariter unâ vixerunt, nocte vigilabant et die dormiebant.

Aliquando iuvenis vênit et: »Cras« inquit, »in domo patris tui fiet festum, quia soror tua maxima nuptura est, et si volup est illuc ire, velim leones mei te ducant«. Tum iuvenca dixit se libenter velle patrem revidere, illuc vecta est leonibus comitantibus.



Tum cum adveniret, magna laetitia exorta est, nam omnes putaverant puellam a leonibus dilaniatam diu non iam vivere. Tum ea narravit, quam pulcher esset maritus suus et quam bene ipsa se haberet, et mansit apud illos tempore nuptiarum, deinde revecta est in silvam. Altera filia nupta cum ad nuptias celebrandas invitata esset, leoni dixit haec: »Nunc quidem nolo sôla esse, oportet mecum eas !« At leo dixit hoc sibi fore nimis periculosum, nam si radio luminis ardentis tactus esset, fore, ut sibi in columbam mutato per septem annos volandum esset unâ cum columbis. Tum mulier: »Ah« inquit, »age mecum abeas! Ego te protegam, praesertim lumen servabo«. Itaque unâ profecti infantulum suum secum duxerunt. Mulier curavit, ut ibidem oecus aedificaretur muris circumdatus, qui erant crassiores et fortiores,

quam ut ab illo radio sôlis permearentur; cui mulier voluit ille insideret, si faces Hymenaicae accenderentur.



Ianua autem fabricata erat ligno recenti, quod tumescens rimulam egit, quam nemo animadvertit. Nunc nuptiae celebratae sunt magnificê, sed ubi primum ordo convivarum ex ecclesiâ rediens multis cum facibus lucibusque oecum praeteriit, subito radius, qui fuit capillo angustior, incidit in filium rēgis, qui radio cum tactus esset, est mutatus, et illa cum eum quaerens intraret, eum non vidit, sed ibidem sedebat columba alba. Quae columba mulieri dixit: »Necesse est ut per septem annos volem per mundum; septimo quôque gradu demittam sanguinis guttam rubram pennamque albam, quibus via tibi monstretur, et si vestigia me secuta eris, me redimere poteris«.

Tum columba per ianuam evolavit, et mulier eam secuta est, et septimo quôque gradu facto decidit guttula sanguinis rubra et pennula alba, quibus via illi demonstraretur. Itaque mulier semper migrabat per terras longinquas neque circumspiciebat neque quiescebat. Septem autem anni paene transacti erant: Tum eadem gavisâ sensit maritum seque ipsam mox redemptum iri, sed reverâ iis adhuc exspectandum erat per spatium temporis longissimum.



Aliquando muliere migrante nulla iam pennula decidit neque ulla guttula sanguinis rubra, et oculos cum aperiret, columba ex oculis ablata erat. Cum autem mulier cogitaret homines in hac re adiuvare non posse, ascendit ad solem eique dixit: »Heus sol, splendes in omnes rimas superque omnes cuspides, nonne tu vidisti columbam albam volantem?« Tum sol: »Non« inquit, »ullam vidi columbam, sed dono tibi cistulam, quam aperias, si eris magnis in angustiis«. Tum mulier sôli gratias egit iterque perrexit usque dum advesperavit et luna luxit, tum mulier ex eâ quaesivit: »Tu cum splendeas per totam noctem et per omnes campos silvasque, nonne vidisti columbam albam volantem?« Tum luna: »Non« inquit, »ullam vidi columbam, sed ecce dono tibi ovum, quod frangas, si eris magnis in angustiis«. Tum mulier lunae gratias egit iterque perrexit, usque dum afflata est a vento appropinquante. Tum mulier ei dixit: »Tu quia flas super omnes arbores et sub omnia folia, nonne vidisti columbam albam volantem?« Tum ventus nocturnus: »Non« inquit, »ullam vidi columbam, sed velim ex tribus ventis ceteris quaerere, num illam viderint«. Deinde ventus orientalis et occidentalis venerunt neque ullam columbam viderant, sed ventus australis: »Columbam« inquit, »albam vidi, quae volavit ad Mare Rubrum, ubi rursus mutata est in leonem, nam septem anni sunt transacti, et leo ibi pugnat cum dracone, qui est filia rēgis in illum mutata«. Tum ventus nocturnus mulieri dixit: »Tibi suadeo, ut migres ad Mare Rubrum, in cuius litore dextro stant magnae virgae, quas numeres, et undecimam abscidas eâque draconem percutias, deinde leo illum superabit, et ambo in corpora sua humana rursus

mutabuntur. Deinde te converte, ut videas avem grypem¹, qui sedet ad Mare Rubrum, unâ cum amato tuo inscende illius dorsum; gryps vos per mare domum transportabit. Ecce nucem, quam, si mare medium transvolabis, sinas decidere, ut eâdem germinante mox magna arbor nucifera excrescat ex aquâ, cui gryps insidet requiescens; nisi requiescere posset, infirmior esset, quam ut vos transportaret. At si oblîta eris nucem demittere, gryps vos sinet in mare decidere«.

Tum mulier profecta omnia invênit talia, qualia esse ventus nocturnus dixerat. Eadem virgas ad mare stantes numeravit et undecimam abscidit, quâ draconem percussit, et leo illum superavit; mox ambo in corpora humana rursus mutati sunt. At ubi primum filia rēgis, quae antea fuerat draco, a vi magicâ soluta est, iuvenem amplexa est eumque grypi insidens secum abduxit. Tum muliercula miserrima multis terris longinquis permigratis denuo deserta desedit et lacrimavit. Denique autem mulier animo capto: »Tantum« inquit, »progrediar, quantum ventus flat, et tamdiu, quamdiu gallus cantabit, usque dum illum inveniam«. Deinde profecta per multas, multas vias longas iter perrexit, usque dum vênit ad castellum, ubi illi ambo unâ vivebant. Tum mulier audivit mox factum iri festum, quo nuptiae celebrarentur. Mulier autem dicit: »Deus me adiuvabit«, et aperuit cistulam illam, quae sibi data erat a sole, cui inerat vestis, quae haud minus ipso sole nitebat. Tum vestem exemptam induit et ascendit ad castellum et omnes homines necnon ipsa sponsa eam aspexerunt stupefactae. Vestis autem sponsae tam bene placuit, ut cogitaret eandem sibi aptam esse ad nuptias celebrandas, et interrogaret, num emere hanc vestem posset. Illa respondit: »*Neque pecuniâ neque pecore, sed carne et corpore*²«. Sponsa interrogavit, quidnam illa sentiret his verbis. Tum illa: »Sine me unâ nocte dormire in eo cubiculo, quo dormit sponsus«. Noluit quidem sponsa, tamen cupivit vestem, tandem assensa est, sed cubicularium³ iussit filio rēgis dare potionem somniferam.

Nocte cum iuvenis iam dormiret, mulier in cubiculum est ducta. Tum eadem consedit ad lectum et: »Te« inquit, »secuta sum per septem

¹ gryps, grypīs m. *der Greif*.

² originaliter: *Neque pecuniâ neque pecore, sed carne et corpore* i.e. »Nicht für Geld und Gut, aber für Fleisch und Blut«.

³ cubiculārius, -i m. *der Kammerdiener*.

annos, fui apud solem et lunam et quattuor ventos et ex iis quaesivi, ubi esses, et tibi adfui contra draconem pugnanti; verumne me vis totam oblivisci?« At filius rēgis tam artē dormivit, ut ei videretur tantummodo ventus foris fremere in abietibus.



Primâ autem luce mulier iterum educta est, ut vestem auream traderet. Sed cum etiam hoc nullo modo prodesset, animo contristato mulier foras exiit in pratum, ubi consedit et lacrimavit. At sedenti in mentem vênit ovum illud, quod ei dederat luna. Quo diffracto gallina evênit unâ cum duodecim pullis, qui toti aurei circumcurrebant et pipiabant et sub alas gallinae subrepebant, quibus aspiciendis nullum erat spectaculum pulchrius in toto orbe terrarum. Tum mulier surrexit et gallinam et pullos per pratum ante se agebat, tamdiu, usque dum sponsa e fenestrâ despiceret, cui pulli tam bene placerent, ut statim per scalas descenderet et quaereret, num prostarent venales. Mulier autem iterum respondit: »*Neque pecuniâ neque pecore, sed carne et corpore; sine me alterâ nocte dormire in cubiculo, in quo dormit sponsus*«. Sponsa autem assensa ita fraudare voluit ut vespere proximo praeterito.

At filius rēgis cubitum iens e cubiculario quaesivit, quidnam nocte fremuisset et sonavisset. Tum cubicularius omnia narravit: se iussum

esse ei dare potionem somniferam, quia puella pauper clam dormivisset in cubiculo, et hodiernâ nocte iterum a se tale potulentum filio rēgis esse dandum! Tum is dixit cubiculario: »Effunde potionem iuxta lectum!«



Noctem autem mulier iterum introducta est et cum inciperet narrare omnia tristia, quae sibi accidissent, filius rēgis statim voce recognovit uxorem suam carissimam, prosiluit et evocavit: »Nunc demum verē redemptus sum, res mihi visae sunt tamquam somnianti, nam filia rēgis peregrina vi magicâ me ita vinxerat, ut tui obliviscerer, sed Deus rectâ horâ me a vinculo magico liberavit«. Tum ambo nocte clam e castello ierunt, nam timuerunt patrem filiae rēgis, qui fuit magus, et grypi insederunt, qui eos super Mare Rubrum transportavit, et cum essent loco, qui situs erat super mari medio, nucem demisit. Mox crevit magna arbor nucifera, in quâ gryps cum requievisset, eos domum duxit, ubi invenerunt filium suum, qui factus erat magnus et pulcher, et inde hilariter vixerunt usque ad finem suum.

* * * * *



HANC FABELLAM GRIMMIANAM

C.T.

Das singende springende Löweneckerchen

IN LATINUM CONVERTIT

LEO LATINUS

DUO ETYMA NOMINIS ALAUDAE THEODISCI Q.E. *Löweneckerchen*



Alauda arvensis

1.Etymon popolare et iocosum:

cfr <https://www.heinrich-tischner.de/22-sp/9sp-ecke/artikel/201/2016/16-03-01.htm>

„«Das singende springende Löweneckerchen» im Märchen singt wie eine Lerche (plattdeutsch *Löverke*), springt wie ein Eichhörnchen (*Eckerke*) und gehörte einem *Löwen* – eine scherzhafte Deutung des plattdeutschen Namens der Lerche...“

2.Etymon scientificum:

cfr J.F. GANGLER, Lexikon der Luxemburger Umgangssprache (wie sie in und um Luxemburg gesprochen wird) mit hochdeutscher und französischer Uebersetzung und Erklärung. Luxemburg 1847, von J.F. Gangler, vereidetem Uebersetzer beim Gerichtshofe zu Luxemburg, p.271:

„**LÉWÄCKELCHEN**, pl. Léwäckelcher m., die Lerche, Ackerlerche, der Ackervogel (*der den Acker liebt*), *l'alouette*. – Lat. *alauda arvensis*; angels. *Laväre*; kil. *Lewerk*; holl. *Leeuwerk*; landsch. *Löweneckerche*; nds. *Lewerk*. Vergl. Ahl. *hlewan*, Acker; angels. *hlevan*, tönen.“

VOCABULA COMMUNICATIONIS ET INSTRUMENTORUM GRAPHEICORUM (VII)¹

ex Orbe Picto pentaglotto excerpta et Latinê reddita

CORBEIL, Jean-Claude/ ARCHAMBAULT, Ariane:

PONS Bildwörterbuch Deutsch-Englisch-Französisch-Spanisch-Italienisch. Stuttgart etc. (Ernst Klett Sprachen) 2003. N = NOVA EDITIO: a.2011.

In hōc Orbe Picto mirabili 35.000 (triginta quinque milia) notionum imaginibus sunt illustrata et quinque linguis Europaeis denominata: Theodiscâ et Anglicâ et Francogallicâ et Hispanicâ et Italicâ. Nos autem coepimus addere vocabula Latina, quorum hōc loco praebemus partem primam, quae spectat ad astronomiam. Provinciae rerum, quarum imagines et vocabula in Klettiani Orbis Picti paginis 920 (nongentis viginti) inveniuntur, sunt hae quae sequuntur:

**I. ASTRONOMIA – II. TERRA – III. REGNUM PLANTARUM
– IV. REGNUM ANIMALIUM – V. HOMO – VI.
NUTRIMENTA ET INSTRUMENTA COQUINARIA – VII.
DOMESTICA – VIII. PLASSATIO DOMESTICA ET OPERA
HORTULANA – IX. VESTIMENTA – X. INSTRUMENTA
PERSONALIA – XI. ARS ET ARCHITECTURA – XII.
COMMUNICATIO ET INSTRUMENTA GRAPHEICA – XIII.
TRANSPORTUS ET VEHICULA – XIV. ENERGIA – XV.
SCIENTIAE – XVI. ATHLETICA ET LUDICRA.**

Babae, quanta copia! quanta ubertas! quanta multiplicitas! Qui Orbis Pictus etiam lexicographis Latinitatis recentioris est aurifodina et cornu copiae. Nam iidem vocabulis linguarum, praesertim Romanicarum, in eodem indicatis usi saepe perfacile inveniunt vocabulum Latinissimum. En cara Lectrix, care Lector, habeas novam partem huius enchiridii singularis vocabulis Latinis ditificatam.

Nicolaus Groß
LEO LATINUS

<http://www.leolatinus.com/>

¹ cfr EL 163, p.5-8: VOCABULA ARTIUM ET ARCHITECTURAE (VIII); EL 185, p.21-27 (IX); 186; 187; 188; 189; 190.

p.517 Rollkugel	trackball	boule	trackball	trackball	sphaera volūbilis
Digitalisierungs- unterlage N 635 Graphiktablett	digitizing pad N 635 graphics tablet	tablette graphique	tableta digitalizada N 635 tableta para gráficos	tavoletta grafica	tabella graphica
Stift	stylus	stylet	stylus	stilo	stilus , -ī m.
Stifthalter	stylus holder	porte-stylet	porta stilus	portastilo	*stýlothēca , -ae f.
CD-ROM- Laufwerk	CD-ROM player	lecteur de disque compact	lector de CD-ROM	lettore di compact disc	*lēctrum discī compāctī
Webcam	webcam	webcaméra	cámara web	webcam	*cīnēmatocamera *interrētiālis
Kabel	cable	câble	cable	cavo	capulum , -ī n.
Objektiv	lens	objectif	objetivo	obiettivo	+obiectivum , -ī n.
Mikrofon	microphone	microphone	micrófono	microfono	*microphōnum , -ī n.
Fuß	base	socle	base	base	pēs , pedis m.
Strichcodeleser, BarcodeScanner	bar code reader	lecteur de code- barres	lector de código de barras	lettore dei codici a barre	*rhabdosarōtrum , -ī n. [cfr <i>barcode</i> neograece ραβδοκώδικας, ραβδωτός κώδικας cfr EL 86,18: *sarōtrum, -ī n. "scanner".]
Barcode, Strichcode, Balkencode, Streifencode	bar code	code-barres	código de barras	codici a barre	*rhabdogrammata , - tum n.pl.
Digitalkamera	digital camera	appareil numérique	cámara digital	macchina fotografica digitale	*phōtocamera digitālis
Scanner	optical scanner	scanneur	escáner	scanner	*sarōtrum , -ī n. [cfr EL 86,18: ngr. σαρωτής ,scanner'. cfr gr. σάρωτρον, τό, broom, Eust.(= Eustathius Episcopus Thessalonicensis, XII A.D.) 1887.35, Thom.Mag. (= Thomas Magister Grammaticus, XIII/XIV A.D., Ed. F. Ritschl, Halle 1832) p.201 R.]
scannen	scan	scanner	escanear	scannerizzare	*sarōtizāre , -ō, -āvī, - ātum
Digital- Camcorder	digital camcorder	caméscope numérique	camcorder digital	videocamera digitale	*scopocamera digitālis
p.518 Ausgabegeräte	output devices	périphériques de sortie	unidades de salida de información	dispositivi di uscita	īnstrūmenta īnfōrmātiōnis ēdendae [cfr Christian Helfer, <i>Lexicon auxiliare</i> , 3.ed., Saarbrücken 1991, p.286: „Input (oec.) inditum, -i n. (Vox Latina 1981, 172)”. op.mem., p.409: “Output (oec.) editum, -i n. (Vox Latina 1981,173). – item Eingabegeräte instrumenta informationis indendae]
Flachbildschirm	flat screen	écran plat	pantalla plana	monitor a schermo piatto	*othonium plānum

Bildschirm	video monitor	écran	monitor de video	monitor	*othonium, -ī n.
Leuchtanzeige, Netzleuchte	power indicator	témoin d'alimentation	indicador de encendido	spia di alimentazione	lampadium rētiāle
Netzschalter	power switch	interrupteur	interruptor	interruttore	*mūtāmen rētiāle
Helligkeitsregler	brightness control	réglage de la luminosité	control de brillo	regolatore de luminosità	moderāmen lūciditātis [2. cfr AUG.epist.158,2]
Kontrastregler	contrast control	réglage du contraste	control de de contraste	regolatore di contrasto	moderāmen discrepantiae
Zentriereinstellung	centring control	réglage de centrage	control de centrado	regolatore di centratura	moderāmen *centrātiōnis [cfr Philosophical Transactions of the Royal Society of London, vol.44, pars I, London 1748, tom.22, p.519, 18: "In vitris telescopii nullam requiro quam vocant centrationem , hoc est, ut maxima crassities sit in medio vitri, negotium alias taediosum et operosum"]
horizontale Einstellung	horizontal control	réglage horizontal	control horizontal	regolazione orizzontale	moderāmen *horizontāle
vertikale Einstellung	vertical control	réglage vertical	control vertical	regolazione verticale	moderāmen *verticāle
Projektor „Beamer“	projector	vidéoprojecteur	proyector	proiettore	*prōiectrum digitāle
Ein-/Ausschalter, Netzschalter	power switch	interrupteur d'alimentation	interruptor de encendido	interruttore di accensione	*mūtāmen rētiāle; *mūtāmen expediendī et sistendī
Anschlussfeld	connector panel	panneau de connexions	panel de conexión	pannello di connessione	lāmina cōnexiōnum
Computer- anschlussbuchse	computer connector	entrée informatique	conector del ordenador	ingresso per il computer	capsa *computātrī cōnexīva
Mausschnittstelle	mouse port	port souris	conector del ratón	porta del mouse	portus mūris
Infrarotsensor	remote sensor	capteur infrarouge	sensor infrarrojos	telesensore	*sēnsibulum *īnfrarubrum
Objektiv	lens	objectif	objetivo	obiettivo	+obiectivum, -ī n.
Bedienfeld	control panel	panneau de contrôle	panel de control	pannello di controllo	lāmina moderātōria
p.519 Tintenstrahl- drucker	inkjet printer	imprimante à jet d'encre	impresora de líneas	stampante a getto di inchiostro	*typographum *sparsōrium
Tintenpatronen- Kontrolleuchte	print cartridge light	voyant cartouche d'impression	indicador del cartucho	spia della cartuccia	lampadium emboli ātrāmentārīi
Papiereinzugtaste	paper feed button	bouton alimentation papier	botón de alimentación del papel	pulsante di alimentazione della carta	+botō chartae intrahendae
Kontrollleuchte Papiereinzug	paper feed light	voyant chargement du papier	indicador de carga del papel	spia di alimentazione della carta	lampadium chartae intrahendae
Netzkontrolleuchte	power light	voyant d'alimentation	indicador de alimentación	spia di alimentazione	lampadium rētis indicandī
Ein-/Ausschalter	power button	bouton marche/arrêt	botón de avance/ parada	interruttore di accensione	*mūtāmen rētiāle; *mūtāmen expediendī et sistendī
Papierkassette	input tray	bac d'alimentation	bandeja de alimentación	vassoio di alimentazione	+casēta chartae intrahendae

Papierausgabe	output tray	bac de sortie	bandeja de salida	vassoio di uscita	ferculum chartae ēdendae
Frontabdeckung	front cover	capot	tapa frontal	coperchio	operculum frontāle
Abbruchtaste	cancel button	touche d'annulation	tecla de anular	pulsante di annullamento	plēctrum abrumpendī
Tonerpatrone	toner cartridge	cartouche d'encre en poudre	cartucho de tóner	cartuccia del toner	embolus ātrāmentī pulverāceī
Laserdrucker	laser printer	imprimante laser	impresora láser	stampante laser	*typographum *lāsericum
Papierausgabe	output tray	plateau de sortie	bandeja de salida	vassoio di uscita	ferculum chartae ēdendae
Frontabdeckung	front cover	capot	tapa frontal	coperchio	operculum frontāle
Papierführung	paper guide	guide-papier	guía papel	guida della carta	ductus chartae
Papierkassette	input tray	bac d'alimentation	bandeja de alimentación	vassoio di alimentazione	+casēta chartae intrahendae
Einzelblatteinzug	manual feed slot	fente d'alimentation manuelle	ranura de alimentación	fessura di alimentazione	fissūra intractiōnis manuālis
Resettaste	recovery	reprise	restablecimiento	tasto di ripristino	plēctrum reinitiandī
Kontrolleuchten	control lights	voyants de contrôle	luces de controles	spie di controllo	lampadia moderātōria
p.520 Schreibtisch- Videogerät	desktop video unit	unité vidéo	consola de la unidad de video	unità video da tavolo	*māgnētoscopium mēnsāle
Filmaufnahme- gerät?? Diabelichter	film recorder	enregistreur de film	filmadora	registratore di microfilm	īnstrūmentum pelliculās expōnendī
Plotter, Kurvenzeichner, Kurvenschreiber	plotter	traceur, table tracante	plóter trazador gráfico	plotter	*curvigraphum *computātrāle [1.cfr http://dizionario.digital/curvigrapho : „curvigrapho instrumento para traçar curvas“]
unterbrechungs- freie Stromversor- gung (USV)	uninterruptible power supply (USV)	onduleur	sistema de alimentación ininterrumpida (SAI/UPS)	gruppo di continuità	supplētiō fluentī ēlectricī continua
Telefonsteckdose zur Stoßspannungs- unterdrückung	telephone surge protection jacks	prises téléphoniques antisurtension	tomas telefónicas contra sobretensiones	prese telefoniche antisovratensione	capsa tēlephōnica *suprātēnsiōnis supprimendae
Computer- Schnittstellenport	computer interface port	port d'interface ordinateur	puerto de interfaz de ordenador	porta di interfaccia del computer	portus *interfaciēī *computātrālis
Steckdose für Überspannungs- schutz	surge protection receptacle	prise antisurtension	toma contra sobretensión	presa antisovratensione	capsa *suprātēnsiōnis supprimendae
Eingangsbuchse	input receptacle	prise d'entrée	toma de entrada	presa di ingresso	capsa intrātōria
Steckdosen für Überspannungs- schutz/ Notversorgung ab Batterie	battery backup/ surge protection receptacles	prises antisurtension alimentées par batterie	toma contra sobretensión alimentadas por baterias	prese di antisovratensione di alimentazione della batteria	capsae, quibus *suprātēnsiō supprimitur/ quae pīlis suppletur
Kontrolleuchten	control lights	voyants de contrôle	indicadores de control	spie di controllo	lampadia indicātōria
Ein-AusTest-	on/off/test button	bouton	botón de encendido/	interruttore di	+botō

Schalter		marche/arrêt/test	apagado/ test	accensione	expediendī/sistendī/ experiendī
p.521 Speichergeräte	data storage devices	périphériques de stockage	unidades de almacenamiento de información	dispositivi di memorizzazione dei dati	Īnstrūmenta Īnfōrmātiōnis condendae
externes Festplatten- laufwerk	removable hard disk drive	lecteur de disque dur amovible	unidad de disco duro extraible	unità hard disk estraible	*lĕctrum discī dūrī *āmovibile [4. cfr. Antonius Maria de Nigris, Tractatus de vacatione beneficiorum et pensionum ecclesiasticarum etc., Romae 1741, p.234: «3 Beneficia ad nutum amovibilia non differunt a precario »]
Disketten- auswurfaste	disk eject button	bouton d'éjection du disque	botón de expulsión del disco	pulsante di espulsione del disco	plĕctrum discī ēiciendī
herausnehmbare Festplatte	removable hard disk	disque dur amovible	disco duro extraible	hard disc estraible	discus dūrus *āmovibilis
Festplatten- laufwerk	hard disk drive	lecteur de disque dur	unidad del disco duro	unità hard disk	*lĕctrum discī dūrī
Platte	disk	disque	disco	disco	discus, -ī m.
Laufwerksantrieb	disk motor	moteur de disques	motor del disco	motore del disco	*mōtrum discī
Sucharm	actuator arm	guide	brazo actuador	braccio	bracchium, -ī n.
Führungsschienen- antrieb	actuator arm motor	moteur de guides	motor del brazo actuador	motore del braccio	*mōtrum bracchī
Schreib-/Lesekopf	read/write head	tête de lecture/ écriture	cabeza de lectura/ escritura	testina di lettura/ scrittura	caput lĕctōrium/ scrīptōrium
externes Disketten- laufwerk	external floppy disk drive	lecteur de disquette externe	unidad de disquete externo	unità floppy disk esterna	*lĕctrum discī externum
DVD-Rekorder	DVD recorder	graveur de DVD	reproductor de DVD	registratore DVD	*receptrum discī digitālis versātilis
Diskette	diskette, floppy disk	disquette	disquete	floppy disk	discus flexibilis
Zugriffsöffnung	access window	fenêtre de lecture	ventana de acceso	finestra di accesso	fenestra accessūs
Hülle	jacket	envelope	carcasa	involucro	involūcrum, -ī n.
Schreibschutz	protect tab	taquet de verrouillage	lingüeta protectora	linguetta di protezione	ligula prōtēctōria
Verschluss	shutter	volet	obturador	coperchio protettivi	operculum prōtēctōrium
Kassettenlaufwerk	cassette drive	lecteur de cassette	unidad de casetes	drive per cassette	*lĕctrum +casētārum
Kassette	cassette	cassette	casete	cassetta	+casēta, -ae f.
Rewritable- Rekorder	compact disc rewritable recorder	graveur de disque réinscriptible	grabador de disco compacto regrabable	registratore di compact disc riscrivibili	*receptrum discī compāctī *reīnscrīptibile
CD-Lade	disk tray	plateau de chargement	alojamiento de disco	vassoio portadisc	loculāmentum discī
wieder- beschreibbare CD	compact disc rewritable	disque compact réinscriptible	disco compacto	compact disc rescivibile	discus compāctus *reīnscrīptibilis
p.522 Übertragungs- geräte	communication devices	périphériques de communication	unidades de comunicación	dispositivi di comunicazione	Īnstrūmenta commūnicātiōnis

Netzwerkkarte, LAN-Karte	network interface card	carte réseau	tarjeta de interfaz de red	scheda di rete	charta rētis
Basisstation für Funknetzwerk	network access point transceiver	émetteur/ récepteur d'accès réseau	emisor/ receptor de acceso a la red	ricetrasmittente di accesso alla rete	*ēmistrum/ *receptrum accessūs rētiālis
Funknetzwerkkarte wireless-LAN-Karte	wireless network interface card	carte réseau sans fil	tarjeta de interfaz de red sin hilos	scheda di rete senza fili	charta rētis filōrum expertis
Modem	modem	modem	módem	modem	*modēmum, -ī n.
Beispiele für Netzwerke	examples of networks	exemples de réseaux	ejemplos de redes	esempi di reti	exempla rētium
Ringnetzwerk	ring network	réseau en anneau	red en anillo	rete ad anello	rēte *ānulifōrme [2. Coloman Váczy, Dicționar Botanic Poliglot, București 1980, p.73, n.798: "ANNULARIS, ANNULIFORMIS, inelar, de forma inelului (annular, ring-like; ringförmig; annulaire, annuliforme; ..."]
Server	server	serveur	servidor	server	*computātrum *servītōrium
Ringnetzwerk	ring	anneau	anillo	anello	ānulus computātrōrum
Tischcomputer	desktop computer	ordinateur de bureau	ordenador de sobremesa	computer da tavolo	*computātrum mēnsāle
Sternnetzwerk	star network	réseau en étoile	red en estrella	rete a stella	rēte *stēllifōrme [2. Coloman Váczy, Dicționar Botanic Poliglot, București 1980, p.493, n.896: "STELLIFORMIS"]
Server	server	serveur	servidor	server	*computātrum *servītōrium
Tischcomputer	desktop computer	ordinateur de bureau	ordenador de sobremesa	computer da tavolo	*computātrum mēnsāle
Hub	hub	concentrateur	concentrador	hub	īnstrūmentum +concentrātōrium [2. cfr Albertinus de Raynaldis de Salso, saec. XIV, Tractatus II defensivus opinionis Galeni et plusquam concentratorius [...] et reprobativus errorum magistri Iohannis de Sancta Sophia de Padua et responsivus ad omnia dicta magistri Iohannis de Sancta Sophia]
Busnetzwerk	bus network	réseau en bus	red en bus	rete a bus	rēte *diāulicum [2. cfr EL 190, p.21 Bus = diāulos-ī m]
T-Verbinder	T-connector	connecteur en T	conector en T	connettore a T	*cōnecticulum *t-fōrme
Tischcomputer	desktop computer	ordinateur de bureau	ordenador de sobremesa	computer da tavolo	*computātrum mēnsāle
Bus	Bus	bus	bus	bus	diāulos, -ī m. [http://www.wordreference.com/engr/bus: "bus n. (computer connector) διάυλος ...This computer has a completely redesigned bus for faster data transfer. Αυτός ο υπολογιστής έχει έναν πλήρως πανασχεδιασμένο διάυλο για γρηγορότερη

					μεταφορά δεδομένων “]
Netzabschluss-widerstand	terminator	terminateur	terminador	terminatore	*termināculum , -ī n.
p.523 Rechner- netzwerk	computer network	réseau informatique	red informática	rete informatica	rēte *īnfōrmāticum
Weitverkehrs- netzwerk	wide area network	réseau étendu	red de área amplia	rete estesa	rēte extēsum
Hub	hub	concentrateur	concentrador	hub	īnstrūmentum +concentrātōrium [2. cfr Albertinus de Raynaldis de Salso, saec. XIV, Tractatus II defensivus opinionis Galeni et plusquam concentratorius [...] et reprobativus errorum magistri Iohannis de Sancta Sophia de Padua et responsivus ad omnia dicta magistri Iohannis de Sancta Sophia]
Tischcomputer	desktop computer	ordinateur de bureau	ordenador de sobremesa	computer da tavolo	*computātrum mēnsāle
Server	server	serveur	servidor	server	*computātrum *servītōrium
unterbrechungs- freie Strom- versorgung	uninterruptible power supply (USV)	onduleur	sistema de alimentación ininterrumpida (SAI/UPS)	gruppo di continuità	supplētiō fluentī ēlectricī continua
Telefon-Kabel- Satellitenleitung	telephone/cable/ Satellite line	ligne téléphonique/ câblée/satellite	línea telefónica/cableada/ satélite	línea telefonica/cablata/ satellitare	línea tēlephōnica/ *capulāris/ *satellitāris
Laptop	laptop computer	ordinateur portable	ordenador portátil	computer portatile	*computātrum portābile
Modem	modem	modem	módem	modem	*modēmum , -ī n.
Gateway	gateway	passerelle	pasarela	gateway	ponticulus , -ī m.
Bridge	bridge	pont	puente	adattatore	pōns , pontis m.
Backbone	backbone	dorsale	dorsal	rete dorsale	rēte dorsāle
Drucker	printer	imprimante	impresora	stampante	*typographum , -ī n.
Backup- Speichereinheit	backup storage unit	unité de sauvegarde	unidad de copia de seguridad	unità di backup	ūnitās +copiātiōnis +sēcūrītāriae [3. cfr Niermeyer, Mediae Latinitatis Lexicon Minus, p.951, :”securarius (adj.) charta securitaria: un sauf-conduit – a safe-conduct. V. Eligii, lib.1 c.31, SRM, IV, p.687”]
Hub	hub	concentrateur	concentrador	hub	īnstrūmentum +concentrātōrium [2. cfr Albertinus de Raynaldis de Salso, saec. XIV, Tractatus II defensivus opinionis Galeni et plusquam concentratorius [...] et reprobativus errorum magistri Iohannis de Sancta Sophia de Padua et responsivus ad omnia dicta magistri Iohannis de Sancta Sophia]
Fileserver	file server	serveur de fichiers	servidor de archivos	file server	computātrum *servītōrium

					*archiōrum
Firewall	firewall	pare-feu	cortafuego	firewall	mūnimentum igniārium
Internet	Internet	Internet	Internet	Internet	*interrēte, -is n.
Umschalter	switch	commutateur	conmutador	commutatore	*mūtāmen, -inis n.
Standleitung	dedicated line	ligne dédiée	línea reservada	linea dedicata	ductus dēdicātus
Router, Netzwerkrouter	routers	routeurs	routers	router	*ductrum rētiāle
Kabel	cables	câbles	cables	cavi	capula, -ōrum n.pl.
Koaxialkabel	coaxial cable	câble coaxial	cable coaxial	cavo coassiale	capulum *coaxiāle
Netzwerkkabel	fibre-optic cable	câble à fibres optiques	cable de fibra óptica	cavo a fibre ottiche	capulum fibrae opticae
p.524 Internet	Internet	Internet	Internet	Internet	*interrēte, -is n.
URL-Adresse (Vereinheitlichter Ressourcenzugriff)	URL (uniform resource locator)	adresse URL (localisateur universel de ressources)	URL (localizador universal de recursos)	URL (localizzatore universale di risorse)	URL (accessus fontium ūniversālis)
Kommunikationsprotokoll	communication protocoll	protocole de communication	protocolo de comunicación	protocollo di comunicazione	+prōtocolum commūnicātiōnis
Domainname	domain name	nom de domaine	nombre del dominio	nome del dominio	nōmen dominiī
Dateiformat	file format	format du fichier	formato del archivo	formato del file	+fōrmātum *archiī [1. subst. Antonius Bartal, Glossarium mediae et infimae Latinitatis Hungaricae, Leipzig 1901, p.279]
Doppelschrägstrich	double slash	double barre oblique	doble barra oblicua	doppio slash	duplex līnea oblīqua
Server	server	serveur	servidor	server	*computātrum *servītōrium
Domain zweiten Grades	second-level domain	domaine de second niveau	dominio de segundo nivel	dominio de secondo livello	dominium gradūs secundī
Toplevel-Domain	top-level domain	domaine de premier niveau	dominio de primer nivel	dominio di livello superiore	dominium gradūs prīmī
Ordner, Verzeichnis	directory	répertoire	directorio	directory	repertōrium, -ī n. [ULP.dig.26,7,7 repertorium. Cfr Georges, Ausführliches Lateinisch-Deutsches Handwörterbuch, tom.2, col.2322: "repertorium, -i n. (reperio) das Verzeichnis"]
Datei	file	fichier	archivo	file	*archiūm, -ī n. [cfr ngr. ἀρχεῖον]
Browser	browser	navigateur	navegador	browser	*nāvīgāmen, -inis n. programma *periēgētīcum; [Ipse proposui EL 86 *phyllometretes, sec. neograecum; Qui neologismus graecanicus mihi nunc minus placet. cfr https://el.wikipedia.org/wiki/Web_browser Ένας περιηγητής ιστού (αγγλικά: web browser) ή φυλλομετρητής ιστοσελίδων (ή αλλιώς πλοηγός ιστού, πρόγραμμα περιήγησης ιστού, περιηγητής ιστού ή απλά περιηγητής) είναι λογισμικό που επιτρέπει στον χρήστη του να προβάλλει, και να αλληλεπιδρά με, κείμενα, εικόνες, βίντεο, μουσική,

					παιχνίδια και άλλες πληροφορίες συνήθως αναρτημένες σε μια ιστοσελίδα ενός ιστότοπου στον Παγκόσμιο Ιστό ή σε ένα τοπικό δίκτυο.]
Hyperlinks	hyperlinks	hyperliens	hipervínculos	collegamenti ipertestuali	ligāmen , -inis n. (*interrētiale) [PROP., OV., COLUM. ; ipse proposui iunctio, -onis f.]
URL-Adresse (einheitlicher Ressourcenzeiger)	URL (= Uniform Resource Locator)	adresse URL	dirección URL	URL	īnscrīptiō fontis indicandī ūnifōrmis
p.524sq.					
Internet-Nutzer	Internet user	internaut	internauta	utente di internet	*internauta , -ae m.
E-Mail-Software	email software	logiciel de courrier électronique	programa de correo electrónico	software di posta elettronica	programma cursūs ēlectronicī
Tischcomputer	desktop computer	ordinateur de bureau	ordenador de sobremesa	computer da tavolo	*computātrum mēnsāle
Modem	modem	modem	módem	modem	*modēmum , -ī n.
Browser	browser	navigateur	navegador	browser	*nāvīgāmen , -inis n. programma *periēgēticum ; [Ipse proposui EL 86 *phyllometretes, sec. neogrāecum; Qui neologismus graecanicus mihi nunc minus placet..v. supra]
Telefonleitung	telephone line	ligne téléphonique	línea telefónica	linea telefonica	ductus *tēlephōnicus
Tiefseekabel	submarine line	ligne sous-marine	línea submarina	linea sottomarina	capulum *submarīnum; ductus *submarīnus
Mikrowellen-Relaisstation	microwave relay station	station-relais à micro-ondes	estación repetidora de microondas	stazione ripetitrice a microonde	statiō *repetītōria mīcro-undārum
Tele-kommunikations-satellit	tele-communication satellite	satellite de télé-communications	satélite de telecomunicaciones	satellite per le tele-comunicazioni	satelles *tēle-commūnicātiōnis
Erdefunkstelle	satellite earth station	station terrestre de télé-communications	estación terrestre de telecomunicaciones	stazione terrestre per le tele-comunicazioni	statiō terrestris *tēle-commūnicātiōnis
Internet-Provider	Internet service provider	fournisseur de services Internet	proveedor de servicios Internet	fornitore del servizio Internet	prōvisor ministrātiōnum *interretialium
Zugangsserver	access server	serveur d'accès	servidor de acceso	server d'accesso	(programma) *servītōrium *accessuāle
Kabelleitung	cable line	ligne câblée	línea cableada	linea cablata	ductus *capulāris
Kabelmodem	cable modem	modem-câble	módem cableado	modem cablato	*modēmum *capulāre
Server	server	serveur	servidor	server	*computātrum *servītōrium
Standleitung	dedicated line	ligne dédiée	línea reservada	linea dedicata	ductus dēdicātus
Router	routers	routeurs	routers	router	*ductrum rētiāle
p.525 Internet-nutzungen	Internet uses	utilisations d'Internet	usos de Internet	impieghi di Internet	ūsus *interrētis
Server	server	serveur	servidor	server	*computātrum *servītōrium

privater Nutzer	home user	usager domestique	usuario particular	utente privato	*ūsor prīvātus
Handels- unternehmen	commercial concern	entreprise de distribution/ vente	empresas distribución/ venta	azienda commerciale	negōtiatiō commerciālis
Unternehmen	enterprise	entreprise	empresa	azienda	negōtiātiō, -ōnis f.
Industrie	industry	industrie	industria	industria	industria quaestuōsa
Bildungs- einrichtung	educational institution	établissement d'enseignement	institución educativa	istituzioni educative	īnstitūtiō *ērudītōria
Gesundheits- organisation	health organization	organisme de santé	organismo de salud	enti sanitari	*organizātiō sānitātis servandae [1. a.1250, Latham, Revised medieval Latin word-list from British and Irish sources, Oxford 1965, p.325]
Regierungs- organisation	government organization	organisation gouvernementale	organizaciōn gubernamental	organizzazione governativa	*organizātiā gubernātiōnis [1. a.1250, Latham, Revised medieval Latin word-list from British and Irish sources, Oxford 1965, p.325]
Kulturorganisation	cultural organization	organisme culturel	organismo cultural	organizzazione culturale	*organizātiō *cultuālis [1. a.1250, Latham, Revised medieval Latin word-list from British and Irish sources, Oxford 1965, p.325]
elektronische Post	email	courrier électronique	correo electrónico	posta elettronica	cursus pūblicus *ēlectronicus
Chatroom	chat room	clavardage	chat room	chat room	*dialogēum, -ī n.
Datenbank	data base	banque de données	base de datos	data base	basis datōrum
Informations- verbreitung	dissemination of information	diffusion d'information	difusiōn de informaciōn	diffusione di informazioni	diffūsiō īnfōrmātiōnum
Suche	search	recherche	búsqueda	ricerca	explōratiō, -ōnis f.; īnquisītiō, -ōnis f.
Online-Spiel	online game	jeux en ligne	juego en línea	gioco online	lūsus *īnterrētiālis
E-Commerce	e-commerce	commerce électronique	comercio electrónico	e-commerce	commerciūm *ēlectronicum
Warengeschäfte	business transactions	transactions financières	transacciones financieras	transazioni commerciali	negōtia commerciālia
p.526 Laptop	laptop computer	ordinateur portable	ordenador portátil	computer portatile	*computātrum portābile
Laptop Vorderansicht	laptop computer: front view	ordinateur portable: vue avant	ordenador portátil: vista frontal	computer portatile: vista frontale	*computātrum portābile: cōnspectus frontālis
Display	display	écran	pantalla	display	*othonium, -ī n. [cfr gr., ngr.]
Ein-/Ausschalter	power button	bouton de démarrage	interruptor de comunicación	interruttore di accensione	*mūtāmen expediendī et sistendī
Tastatur	keyboard	clavier	teclado	tastiera	*plēctrologium, -īī n. [cfr ngr.]
CD/DVD- Laufwerk	CD/DVD-ROM- drive	lecteur de CD/DVD-ROM	unidad CD/DVD-ROM	lettore CD/DVD-ROM	*lēctrum CD/DVD-ROM
Bildschirm- verriegelung	display release button	bouton de déverrouillage de l'écran	botón de bloqueo de la pantalla	pulsante di apertura del display	+botō *othoniī obserandī
Touchpad-Taste	touch pad button	bouton du pavé tactil	botón de encendido/ apagado del touch pad	pulsante del touch pad	+botō pulvīnī tāctilis

			pad		
Touchpad	touch pad	pavé tactil	touch pad	touch pad	*storeola tātilis
PC-Kartenschacht	PC card slot	fente pour carte PC	ranura de la tarjeta PC	fessura per la scheda PC	fissūra chartae *computātrī persōnālis
Lautsprecher	speaker	haut-parleur	altavoz	altoparlante	*ēchēum, -ī n.
Lüfter	cooling vent	fentes d'aération	ranura de ventilación	ventola di raffreddamento	fissūrae ventilātiōnis
Adapter	power adapter	adaptateur de courant	adaptador de corriente	alimentatore	*adaptāculum, -ī n.
Gleichstrom-Netzkabel	direct-current power cord	cordon d'alimentation en courant continu	cordón de alimentación de corriente continua	cavo di alimentazione a corrente continua	capulum rētiāle fluentī continuī
Wechselstrom-Netzkabel	alternating-current power cord	cordon d'alimentation secteur	cordón de alimentación de corriente alterna	cavo di alimentazione a corrente alternata	capulum rētiāle fluentī alternātī
Laptop: Rückansicht	laptop computer: rear view	ordinateur portable: vue arrière	ordenador portátil: vista posterior	computer portatile: dorso	*computātrum portābile: conspectus dorsālis
Lüfter	cooling vent	fentes d'aération	ranura de ventilación	ventola di raffreddamento	fissūrae ventilātiōnis
Adapter-schnittstelle	power adapter port	port pour adaptateur de courant	conector de alimentación del adaptador	porta per alimentatore	portus *adaptāculī fluentī
FireWire-Schnittstelle	port Fire/Wire	port Fire/Wire	puerto Fire/Wire	porta Fire/Wire	portus dialī "Fire/Wire"
Ethernet-Schnittstelle	Ethernet port	port Ethernet	puerto de Ethernet	porta Ethernet	portus rētis aetherī
USB-Schnittstelle	USB port	port USB	puerto USB	porta USB	portus ipsius USB
Videoschnittstelle	video port	port vidéo	puerto de salida de TV	porta video	portus *māgnētosopicus
S-Video-Ausgang	S-video-output	sortie S-video	puerto de salida de S-video	uscita S-video	exitus S- *māgnētosopicus
interne Modem-schnittstelle	internal modem port	port modem interne	puerto de módem interno	porta del modem interno	portus *modēmī internī
Infrarot-Schnittstelle	infrared port	port infrarouge	puerto de infrarrojos	porta a infrarossi	portus *īnfrāruber

Proxima pars inscribitur VOCABULA COMMUNICATORIA GRAPHEICAQUE (IX).

**Haec vocabula communicatoria
excerpsit et in Latinum convertit
Nicolaus Groß
LEO LATINUS**



<http://www.leolatinus.de>

ECCE LIBRI LEONIS LATINI

Permittas, quaeso, ut nuntium adiungam minus gratum: pretia discorum, qui a Leone Latino praebentur vendendi, ex decennio (sic!) non exaucta - proh dolor – nunc valdê augenda sunt (denis euronibus). Interim enim cum pretia materiarum quoque multo exaucta sint, tum praecipuê disci libellique discis subiungendi non conficiuntur neque involvuntur nisi magno cum labore.

Restat, ut afferam titulos pretiaque librorum typis impressorum, qui hôt tempore apud Leonem Latinum prostant venales:

- | | |
|---|---------|
| 1) CRABATUS (Otfried Preußler, Krabat)..... | 49,00 € |
| 2) FRAGRANTIA (Patrick Süskind, Das Parfum)..... | 42,00 € |
| 3) RECITATOR (Bernhard Schlink, Der Vorleser)..... | 45,00 € |
| 4) HOTZENPLOTZIUS (Otfried Preußler, Der Räuber Hotzenplotz)..... | 25,00 € |
| 5) ARANEA NIGRA (Jeremias Gotthelf, Die schwarze Spinne)..... | 22,00 € |

PARVUS NICOLAUS (René Goscinny, Le Petit Nicolas) non êditur in domunculâ Leonis Latini, sed in Aedibus Turicensibus, quae appellantur «Diogenes».

GLOSSARIUM FRAGRANTIAE et PERICULA BARONIS MYNCHUSANI – proh dolor! – sunt divendita. Utinam nobis contingat, ut aliquando edantur iteratis curis.

Habeas nos excusatos, quod situm interretialem (i.e. anglicê »website« nondum restauravimus novaque pretia ibidem nondum indicavimus.

Ceterum, cara Lectrix, care Lector, bene scias oportet Leonem Latinum non esse megalopolium, quo – ut ita dicam - rapidissimê eiectantur multae myriades librorum vilissimae, sed domunculam potius virtuaalem quam realem, in qua creantur κειμήλια, id est res parvae et rarae et carae. Res parvae enim sunt disci compacti aut libelli typis editi palmares; rarae sunt editiones, quae centuriam tantum complectantur exemplorum; carae sunt hae res omnes, quia cordi sunt Leoni Latino recordanti horas illas innumeras, quibus operam dedit illis creandis.

Cara Lectrix, care Lector, utinam omne opusculum a Leone Latino confectum sit Tibi KTHMA EIS AEI.

INDEX DISCORUM LEONIS LATINI

NR	Num. mand a- telae	ISBN	TITULUS	AUCTOR	TRANS- LATOR	ANNUS	FORMA	AMPLI- TUDO	PRE- TIUM
1	00104	978-3-938905-00-5	FABELLA TEXTORIS VERSUTI PALAEOINDICA	Anonymu s (Old Indian)	Nikolaus Gross	2004	CD- ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
2	00104 A	978-3-938905-15-9	FABELLA TEXTORIS VERSUTI PALAEOINDICA- Libri audibiles	Anonymu s (Old Indian)	Nikolaus Gross	2005	Audio	21 min.	€ 22,90
3	00204	978-3-938905-01-2	TRES FABULAE EDGARII ALLANI POE: CATTUS NIGER - RANUNCULUS - PUTEUS ET PENDULUM	Edgar Allan Poe	Nikolaus Gross	2004	CD- ROM pdf	33 pp.	€ 27,50
4	00304	978-3-938905-02-9	ANECDOTA REI PROXIMO BELLO BORUSSICO FACTAE	Heinrich von Kleist	Nikolaus Gross	2004	CD- ROM pdf	6 pp.	€ 17,90
5	00304 A	978-3-938905-16-6	ANECDOTA REI PROXIMO BELLO BORUSSICO FACTAE -Libri audibiles	Heinrich von Kleist	Nikolaus Gross	2004	Audio	6 min.	€ 20,90
6	00404	978-3-938905-03-6	MEMENTO MORI	Alexander Saxon	Nikolaus Gross	2004	CD- ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
7	0040 A	978-3-938905-17-3	MEMENTO MORI - Libri audibiles	Alexander Saxon	Nikolaus Gross	2005	Audio	20 min.	€ 21,90
8	00504	978-3-938905-04-3	DE CRAMBAMBULO	Marie von Ebner- Eschenba ch	Nikolaus Gross	2004	CD- ROM pdf	14 pp.	€ 19,50
9	00604	978-3-938905-05-0	DE DINOSAURIS	Nikolaus Gross	-----	2004	CD- ROM pdf	16 pp.	€ 19,00
10	00704	978-3-938905-06-7	SUDATORIUM VENERIS	Diogenes Anaedoeu s	-----	2004	CD- ROM pdf	11 pp.	€ 19,50
11	00804	978-3-938905-07-4	PERICULUM FRANCISCI	Diogenes Anaedoeu s	-----	2004	CD- ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
12	00904	978-3-938905-08-1	NUPTIAE ABDERITANAE	Bertolt Brecht	Nikolaus Gross	2004	CD- ROM pdf	21 pp.	€ 22,00
13	01004	978-3-938905-09-8	TESTAMENTUM REYNERI BERLBYN	Henricus van den Lande de Raelt	-----	2004	CD- ROM pdf	7 pp.	€ 17,50

14	01104	978-3-938905-10-4	DE SANCTO NICOLAO DEQUE VIRO NATALICIO	Nikolaus Gross	-----	2004	CD-ROM	21 pp.	€ 22,00
15	01204	978-3-938905-11-1	FABELLAE GRIMMIANAE 1	Jacob Grimm/ Wilhelm Grimm	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	28 pp.	€ 24,90
16	00105	978-3-938905-12-8	ROMULUS MAGNUS	Friedrich Dürrenmatt	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	49 pp.	€ 31,90
17	00205	978-3-938905-13-5	DE THILO CUSTODE FERRIVIAE	Gerhart Hauptmann	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	28 pp.	€ 24,90
18	00305	978-3-938905-14-2	HISTORIA AGATHONIS (LIB.1)	Christoph Martin Wieland	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	15 pp.	€ 19,50
19	00405	978-3-938905-19-7	WERTHER IUVENIS QUAE PASSUS SIT	Johann Wolfgang von Goethe	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	82 pp.	€ 38,90
20	0050	978-3-938905-22-7	CICERONIS ORATIONES IN CATILINAM HABITAE 1 – Libri audibiles	M.T. Cicero	-----	2005	Audio	40 min.	€ 21,90
21	0060	978-3-938905-18-0	SOMNIUM SCIPIONIS A CICERONE SCRIPTUM – Libri audibiles	M.T. Cicero	-----	2005	Audio	30 min.	€ 20,90
22	0070	978-3-938905-23-4	CAESARIS BELLUM GALLICUM 1 – Libri audibiles	C.I. Caesar	-----	2005	Audio	55 min.	€ 22,90
23	00106	978-3-938905-21-0	AUTOBIOGRAPHIAE LATINAE	Nikolaus Gross	-----	2006	CD-ROM pdf	87 pp.	€ 48,00
24	00206	978-3-938905-20-3	DISQUISITIO CHEMICA ACIDULARUM BERGENSIUM ET GOEPPINGENSIVM	Karl Friedrich Kielmeyer	Nikolaus Gross	2006	CD-ROM pdf	66 pp.	€ 38,00
25	00306 A	978-3-938905-24-1	CAESARIS BELLUM GALLICUM 2 – Libri audibiles	C.I. Caesar	-----	2006	Audio	61 min.	€ 22,90
26	0040	978-3-938905-25-8	CICERONIS ORATIONES IN CATILINAM HABITAE 2 – Libri audibiles	M.T. Cicero	-----	2006	Audio	41 min.	€ 21,90
27	00506 A	978-3-938905-26-5	EPISTULAE A SENECA AD LUCILIUM SCRIPTAE 1 – Libri audibiles	L.A. Seneca	-----	2006	Audio (2 CDs)	88 min.	€ 27,90
28	00107 A	978-3-938905-27-2	ASINUS AUREUS AB APULEIO SCRIPTUS	Apuleius	----- --	2007	Audio	55 min.	€ 23,90
29	00207	978-3-	OBSIDIO SAGUNTI A	Livius	-----	2007	Audio	53 min.	€ 23,90

	A	938905-28-9	T.LIVIO DESCRIPTA						
30	00307	978-3-938905-29-6	FABELLAE GRIMMIANAE II	Jacob Grimm/ Wihelm Grimm	Nikolaus Gross	2007	CD-ROM pdf	58 pp.	€ 32,90




**CARA LECTRIX, CARE LECTOR, BENE VALE,
USQUE AD SEPTIMANAM PROXIMAM !**

**HANC EPISTULAM LEONINAM
CENTESIMAM NONAGESIMAM PRIMAM
SENDEN IN OPPIDULO BAVARIAE SUEBICAE PERFECIT**



Die Dominicâ, 24. m.Febr. a.2019

Nicolaus Groß
Sodalis Academiae Latinitati Fovendae



LEO LATINUS